



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

4. De Octava SS. Innocentium. De felicitate renuntiantium sibi,  
sequentium Deum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*De Octava S. Ioannis Evangelij*

Prælatorum, exhortationes, lectiones, ex  
pla bona, prospera, & adversa: parum  
refert dignoscere, quando solus DEVS  
mediate moveat, quando mediate, mod  
stinctum bonum agnoscam, & ei obe  
curem: sicut Ioannes, quem Dominus sic  
luit manere, & Petrus, cui identidem ait  
minus: Sequere me. Tu me sequere.  
quum de more: desiderando impense  
rum instinctuum frequentiam, & effic  
copiam ardentem postulando, animum qu  
eas parando, discretam quadam attention  
Dominum cum loqui voluerit, ne me  
distractum, & foris vagantem inveniat  
affectibus compositum, cordeque mu  
veniente vero Domino humiliter, & pruc  
ter procedam: humilitas erit in mei  
ctione, ac vilificatione eorum Domino  
dentia in intelligendo, ac ad usum dirig  
do verba Domini, non interrumpendo  
cem Domini, & cum non capiam, humil  
lucem & veritatem eius claram petendo  
semper faciam grata Patri.

MEDITATIO IV.

De Octava SS. Innocentium.  
*De felicitate renuntiantium sibi, sequen  
tium Deum.*

**V**idebo Dominum letum celeriter ad  
pe

*De Octava SS. Innocentium. 7*

ptare à Patre per Angelum evulgatum exi-  
lium, tam tenui argumento, quale est so-  
mnium. Petam cum imitari.

*Conf. 1.* Sicut res bona naturâ suâ, si im-  
moderata, aut inordinata fiat, noxia effici-  
tur, ut sanguis bonus, & necessarius, si nimis,  
morbos causat, vitam eripit; & calor natura-  
lis bonus, & necessarius, si modum excedat,  
febres gignit: Sic amor proprius, si ordina-  
tus sit, bonus, & ad conservationem sui ne-  
cessarius; si non, malum est majus maxi-  
mo, & est affectio inordinata sui, quæ nulla  
ratione habita humanis, & divinis utitur in-  
propriam utile prorsus perversè, cum nihil  
amandum, quia utile nobis, ibi finem po-  
nendo, sed quia placet DEO. Ideò plus con-  
cupiscentia mundi, quàm substantia nocet, juxta  
D Bernard. de omnium renuntiatione.

*Conf. 2.* Quomodo tota difficultas in servi-  
tio divino sita sit in extirpatione hujus inor-  
dinati appetitûs: quia amare DEVM opus  
est ineffabilis suavitatis. Sed priùs auferri  
debet humiditas, ut ligna ardeant, eijciendû  
carnale, terrenum, ut subeat coeleste, spiri-  
tuale. Qui vult spiritum DEI in regno cor-  
dis sui plensè dominari, debet furiosum il-  
lum dæmoniacum ( Marc. 5. ) voluntatem  
propriam expellere: priùs Ionas navi eijcien-  
dus, quàm sedetur tempestas: prius oportet

8 De Octava SS. Innocentium.

Herodem mori, quam redire Christum. Nequit uniri voluntati Dei, quidquid ei contrarium, vel dissimile.

*Conf. 3.* Ad id faciendum me impellit felicitate obsequentiū spiritui Domini: qui ad originem impeccabilitatis accedunt, qui magis spiritui divino subsunt: voluntas enim que per se regula est rationis, justitiæ, sanctitatis, non potest à recto declinare. Voluntas autem DEI talis est naturâ suâ, qualis est Beatorum ex gratia: quia repugnat summi bonitati, quidquid à puritate alienum est. Sed qui obedit spiritui divino, ad hæret voluntati DEI: ad originem igitur impeccabilitatis accedit, quid hoc bono cogitari potest felicius? Offeram itaque me cum verecundæ meæ vilitatis totum spiritui Domini, sicut obrulit eidem Christus. 1. Animam, ut eam Templum suum faciat, in unione sanctissimæ animæ ejus. 2. Memoriam, ut eam à omni vanitate purificet, in unione pretiosissimæ ejus memoriæ. 3. Intellectum, ut eum luce fidei, & sapientiæ illustret, in unione intellectus ejus. 4. Voluntatem, ut eam charitate repleat, in unione voluntatis ejus. 5. Sensus, ut ab eis inania removeas, & divini servire faciat, in unione ordinatissimorum sensuum ejus, tam interiorum, quam exteriorum. 6. Corpus meum, linguam, manuum

pede  
gine  
labo

Ind

V

tum  
eos:

C

ad b

titat

don

tent

expe

tatio

indi

re ac

C

ut q

pend

sunt

cia,

hoc

non

C

pede

*De Vigilia Epiphaniæ.*

9

pedes, ad laborandum pro eo, in unione vir-  
ginei corporis ejus. 7. Totum me: & postu-  
labo acceptari oblationem meam.

MEDITATIO V.

*De Vigilia Epiphaniæ.*

*Indifferentia primus effectus rejecti a-  
moris proprii.*

**V**idebo D. Virginem, & Iosephum cum  
Parvulo ad omnem spiritûs divini nu-  
tum mobiles, euntes, & redeuntes. Petam  
eos assequi.

*Conf. 1.* Indifferentiam semper attendere  
ad beneplacitum DEI: quia dignitas, bea-  
titasque animæ non consistit in possessione  
donorû Dei, sed quòd Deus sit cum illa con-  
tentus. Quicumque indifferentiâ plenâ caret,  
expositus est omni lapsui: quia omnis mu-  
tationis in amore DEI origo est non amâsse  
indifferentem, non fuisse paratum Deo aucto-  
re ad hoc relinquendum, vel assumendum.

*Conf. 2.* Perfectionem indifferentiæ esse,  
ut quis sit ad omnia paratus, & simul pro-  
pendeat ad actum heroicum, aut ad ea, quæ  
sunt acerbiora: ad omnia in Provincia offi-  
cia, habitationes, &c. Et simul ad Indias:  
hoc enim sine illo nihil valet, illud sine isto  
non est perfectum.

*Conf. 3.* Indifferentiam tolli errore pu-

A 5

tag.